



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodus Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

**Parisiis, 1644**

Tu En Agiois Patros Ēmōn Grēgoriu Papa Rōmēs Peri Tōn Agiōn Eikonōn ...  
Sancti Patris Nostri Gregorii Papae Romani De Sacris Imaginibvs Ad  
Leonem Isaurum imperatorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15473**

admodum & Ado Viennensis in chronico an. 641. & catalogus imperatorum orientis Græcus, quem alii Constantem dicunt. Variant etiam auctores in nomine exprimendo percussoris eius, quem Zonaras & Cedrenus Μιζίζιον Αρμενιον, *Mizizium Armenium*, translator Theophanis, qui asseritur Paulus diaconus, Mitium; Constantinus Manasses in historia sua politicis versibus scripta Mixizium, & *πυρανεί Μιζίζιος ἀνὴρ ἐν Σικελίας*. Gregorius hic Nezeuxium dicit. Librarium culpa fortasse nomen barbarum immutatum est, vel interpretis Græci, qui & hic forte pro balneo ῥ ἱερόν scripsit. nam alii omnes in balneo non in templo Constantem necatum asserunt, aut aliter fando auditum Romæ fuit.

<sup>o</sup> *Ventos persequere.* ] Alludit ad illud Ecclesiastici 34.2. *ὡς ὁ δραστήριος σκιαῖ, & διώκων ἀνέμοις. Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventos; sic qui intendit in somniis.* Simile illud ex profanis. *Ανέμοις γεωργεῖς, Ventos colis*, in eos qui e suis laboribus nihil fructus reportant. & ex Clementis I. Stromate profertur, quod est Prouerb. 16.4. *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem sequitur aues volantes.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ  
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ

πρὸς Λέοντα βασιλέα Ὁ Ἰσαυροῦ.

SANCTI PATRIS NOSTRI  
GREGORII PAPÆ ROMANI  
DE SACRIS IMAGINIBVS AD LEONEM  
Isaurum imperatorem.

*Epistola secunda.*

*Ἐπιστολή δευτέρα.*

ACCIPIMVS vestri a Deo conseruati imperii atque in Christo fraternitatis literas per Rufinum legatum vestrum delatas; meque profus vitæ meæ tæduit, quod sententiam non mutaris, sed in eisdem malis perseueres, nec ea quæ Christi sunt sapias, vt sanctos ac celebres miraculorum effectores patres nostros ac doctores sceteris & imiteris. Neque vero

ΤΑ γράμματα τῆς ὑμετέρας Θεοφραγήτου βασιλείας & ἐν Χριστῷ ἀδελφότητος ἐδέξαμεθα διὰ Ρυφίνου Ἐπιστολεως ἡμῶν, & πάντων ἀπέγων τῆς ἐμῆς ζωῆς, ὅτι οὐ μετέγνωσ, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς κακοῖς ὀπιμῆεις, μὴ φρονῶν πρὸς Χριστῶν, & ἀκόλουθον & μμητιῶν γνώσασθαι σε ἡμῶν ἀγίων & ἐνδόξων θαυματουργῶν ἡμῶν πατέρων & διδασκάλων. & ἀπλῶς μὴ προφέρω



ANNO  
 CHRISTI  
 787.

Ξένοι διδασκάλους, εἰ μὴ ἐδὺ τῆς πό-  
 λεώς σου, καὶ τῆς χώρας σου. ἄρα Φρο-  
 νιμώτεροί εἰσι Γρηγορίου τῆς θαυμα-  
 ζουργοῦ, & Γρηγορίου Νυσαγέως, καὶ  
 Γρηγορίου τῆς θεολόγου, καὶ Βασιλείου  
 Καππαδοκίας, & Ἰωάννου τῆς Χρυσό-  
 στόμου; ἢ αὐτῶν μὴ γράψαντες μυστήρια  
 ἐκείνων τῶν ὁμοίων ἐκείνοις ἀγίων καὶ  
 θεοφόρων πατέρων ἡμῶν & διδασκά-  
 λων. ἀλλ' ἐξηκολούθησας τῷ πείσμα-  
 τι καὶ τοῖς ἐνοήτοις σου πάθεσι, & ἐργα-  
 ζας ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς εἶμι. & τὸ  
 παρὰ σοὶ βασιλεὺς ἐδείξαν ἔργω καὶ  
 λόγῳ, ὁ κλεισμάδμοι, & φρονήσαντες  
 τῶν ἐκκλησιῶν, ἀμα τοῖς δεξιερῶν  
 ἐκλήσαντες πᾶσι καὶ ζήλω τῆς ὀρθοδο-  
 ξίας τῆς ἀληθείας, Κωνσταντῖνος ὁ μέγας,  
 & Θεοδοσῖος ὁ μέγας, καὶ Οὐαλεντινια-  
 νὸς ὁ μέγας, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Ἰουστινια-  
 νοῦ πατήρ, ὁ τῆς ἐκκλησίας σωὸδου. οὗτοι  
 βασιλεῖς θεοφρεπῶς ἐβασίλευσαν,  
 μὴ τῶν δεξιερῶν μᾶλλον βουλή καὶ γά-  
 μνη τὰς ἐκκλησίας σωαθροῦσαντες, καὶ τῆς  
 ἀληθείας ἐκκλησίας ἐκλήσαντες, καὶ  
 κατεκόμησαν. οὗτοι εἰσιν ἱερεῖς καὶ βα-  
 σιλεῖς, οἵ τινες & τῶν ἔργων ἐπεδείξαντο.  
 σὺ δὲ ἀφ' οὗ ἐπελάβου τὸ βασι-  
 λειον, ἐκ ἐφύλαξας εἰς τέλος ἐδὺ ὁ-  
 ροῖς τῶν πατέρων, ἀλλ' ἄρα τὰς ἀ-  
 γίας ἐκκλησίας ἐν κροσσῶσι χρυσοῖς  
 ἀφελῆσαι, πεποικίλμας, ἀπε-  
 κόμησας καὶ ἠρήμωσας. τί γὰρ εἶ-  
 σιν αἱ ἐκκλησίαι ἡμῶν; οὐχὶ χρυσοποιή-  
 ταί, λίθοι, ξύλα, καὶ ἄχρηστα, καὶ πη-  
 λὸς, καὶ ἄσβεστος; ἀλλ' ἐκοσμήθησαν  
 διὰ τὰς ζωγραφίας & ἰσορίας τῶν θαυ-  
 μάτων τῶν ἀγίων, καὶ παθημάτων τῶν  
 κυρίου, καὶ τῆς ἀγίας ἐκκλησίας αὐτῶν

simpliciter doctores peregrinos  
 profero, sed eos tantum qui ex  
 vrbe ac regione tua prodierunt.  
 Num sapientiores sunt Grego-  
 rio miraculorum effectore, Gre-  
 gorio Nysseno, Gregorio Theo-  
 logo, Basilio Cappadociae, &  
 Ioanne Chrysofomo? ne infi-  
 nita millia sanctorum illis simi-  
 lium ac Deo plenorum patrum  
 doctorumque nostrorum com-  
 memorem. Sed obsecutus es  
 peruicaci animo tuo ac dome-  
 sticis perturbationibus, & scri-  
 psisti: Imperator sum & sacer-  
 dos. Enimuero qui ante te fue-  
 runt imperatores hoc opere ac  
 sermone demonstrarunt, qui  
 condiderunt, & curā gesserunt  
 ecclesiarum vna cum pontifici-  
 bus cupiditate zeloque incensi,  
 rectæque fidei veritatem per-  
 uestigantes, Constantinus ma-  
 gnus, Theodosius magnus, Va-  
 lentinianus magnus, & Con-  
 stantinus Iustiniani pater, qui  
 sextæ Synodo interfuit. Impera-  
 tores isti religiose imperarūt, &  
 cū pontificibus vno consilio ac  
 sententia Synodos congregan-  
 tes, atque veritatem dogmatum  
 perquirentes, sanctas ecclesias  
 constituerunt & ornarunt. Hi  
 sunt sacerdotes & imperatores,  
 qui id opere demonstrarunt:  
 tu vero ex quo imperium oc-  
 cupasti, definitiones patrum  
 perpetuo non custodisti; sed  
 cum sanctas ecclesias fimbria-  
 tis aureis vestibus conuestitisti &  
 variegatas inuenisses, eas ornatu  
 priuasti atque vastasti. Quid e-  
 nim nostræ sunt ecclesiæ? non-  
 ne res manufactæ, lapides, li-  
 gna, paleæ, lutum & calx? ve-  
 rum picturis historiisque mira-  
 culorum a sanctis editorum, & Christi passionum, ac sanctæ gloriose





matris ipsius, sanctorumque apostolorum exornatae sunt: & in historiis ac picturas homines facultates suas infumunt; & viri ac mulieres pueros paruulos nuper baptizatos in vlnis suis tenentes, itemque florentes aetate iuuenes & ex gentibus diuersis profectos, indicatis digito historiis eos aedificant, eorumque mentes & corda fursum ad Deum erigunt. At tu ab his abstinere iustos humiles populos in otiosis sermonibus, nugis, citharis, crepitaculis, tibiis & tricis occupasti, & pro gratiarum actione ac celebratione ad fabulas illos traduxisti. hereditatem cum illis habeto, & cum iis qui inutilia fabulantur, & in scitias blaterant. Audi humilitate nostram, imperator; cessa, & sanctam ecclesiam sequere, prout inuenisti atque accepisti. non sunt imperatorum dogmata, sed pontificum; quoniam Christi sensum nos habemus. Alia est ecclesiasticarum constitutum institutio, & alius sensus saecularium. in administrationibus saeculi militare ac ineptum quem habes sensum & crassum, in spiritalibus dogmatum administrationibus habere non potes. Et ecce tibi palatii & ecclesiarum scribo discrimen, imperatorum & pontificum: agnosce illud, & saluare, nec contentiosus esto. Si quis a te regia indumenta, purpuram, diadema capitis, trabeam abstulerit, & obsequii ordines, futurum est vt ab hominibus turpis, deformis & abiectus habearis: quem in statum ecclesias rede-gisti. quod enim ipse non habes, sanctas ecclesias ornatu priuasti,

1. Cor. 2.

μηδὲς, & τῶν ἁγίων δόξαστων. εἰς τὰς ἰσορῆας & ζωγραφίας κατανάλισκου-  
 σιν ④ ἀνθρώποι τὰς οὐσίας αὐτῶν· καὶ διακατέχοντες ④ ἀνδρες & γυναῖκες εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτῶν τὰ νεοφώπιστα μικρὰ παιδία, & ἑστὸν ἐν ἡλικίανέοις, & ἑστὸν ἐλθόντας ἐν τῶν ἔθνῶν, δακτύλω δεικνύοντες τὰς ἰσορῆας, οὕτως αὐ-  
 ἑστὸν οἰκοδομοῦσι, & τῶν καρδίας αὐῶ παρὸς ⑥ θεὸν ἀναφέρουσι. οὐ δὲ παύσαις ἐν τούτων ἑστὸν ταπεινοῦ λαοῖς, ἠγάπησας αὐτοῖς εἰς ἑρρηλογίας, & ὕθλους, & κινδύνας, καὶ κροτάλια τε καὶ αὐλοῖς, & λήροις, καὶ ἀπὸ βί-  
 χαστίας καὶ δοξολογίας εἰς μύθους αὐ-  
 τοῖς ἐπέβαλες. ἔχε πλὴν κληρονομίαν μετ' αὐτῶν, καὶ μὴ τῶν ἑρρηλογιστῶν, καὶ ἀπαθείσας λαλοῦντων. ἀκουσον τὴν ταπεινώσεως ἡμῶν βασιλεῦ, καὶ παύσον, καὶ ἀκούουσί σου τῆ ἁγία ἐκκλησία, κα-  
 θὼς ἄνθρωποι παρέλαβες. ἐκ εἰσὶ τὰ δόγματα τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τῶν ἑρ-  
 χερῶν· ὅτι ἡμεῖς νοῦν Χριστοῦ ἔχο-  
 μεν. ἄλλη παιδείσις ἐστὶ τῆ ἐκκλησιαστι-  
 κῶν διατεγμάτων, & ἄλλος νοῦς τῶν κοσμικῶν εἰς τὰς διοικήσεις τῆ κοσμοῦ. τὸ πολυμικρὸν & σκαιὸν νοῦν ὄν ἔχεις, καὶ πα-  
 χυν, εἰς τὰς πνευματικὰς τῶν δόγματων διοικήσεις ἔχον οὐ δυνάσαι. καὶ γράφω σοι τὰς διαφορὰς τῆ παλατίου καὶ τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν βασιλέων & ἑρχηρῶν· καὶ ἐπιγινώδι, καὶ σώθη, & μὴ φιλονεί-  
 κει. ἰάν τις ἀρῆ ἐκ σου τὰς βασιλικὰς ἐνδύσεις, πλὴν πορφύραν, τὸ διαδήμα τὸ κεφαλῆς, πλὴν ἀλουργίδα, τὰς τάξεις τῶν πομπῶν, ὄντως μέλλεις θεωρεῖσθαι ὡς τῶν ἀνθρώπων ἀρχιμυς, & ἀμορ-  
 φος, καὶ οὐδαμῶς, καὶ οὕτως κατέστη-  
 σαι τὰς ἐκκλησίας. ὅτι τῶν ἐκ ἔχεις σου, τὰς ἁγίας ἐκκλησίας ἀπεικόμησας,



ANNO  
 CHRISTI  
 787.

καὶ ἀμόρφους κατέστησας. ὡς περ ἔφ'  
 ἐν ἑξ' ἔξοιστάδω ὁ δὲ χερεῖς ἐκνήψαι  
 εἰς τὸ παλάτιον, καὶ προσβαλέσθαι ἀ-  
 ξίας βασιλικὰς· οὕτως, οὔτε ὁ βα-  
 σιλεὺς ἐκνήψαι εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ  
 ψήφοις ποιήσασθαι εἰς τὸ κληῖρον, οὔ-  
 τε ἀγιάζειν καὶ χεῖζειν τὰ σύμβολα  
 τῆς ἀγίων μυστηρίων, ἀλλ' οὔτε μετα-  
 λαμβάνειν χωρὶς ἱερέως. ἀλλ' ἕκαστος  
 ἡμῶν ἐν ἡ κλήσῃ ἐκκλησίῃ τῷ θεοῦ, ἐν  
 ταύτῃ μένειτω. βλέπετε βασιλεῦ τὰς  
 διαφορὰς τῆς δὲ χερεῖων καὶ βασι-  
 λέων; ἐὰν τις ἀμόρφῃσιν σοι βασιλεῦ,  
 δημεύεις τὸ οἶκον αὐτοῦ καὶ γυμνοῖς,  
 ἐάσας ἔχειν πλεῖν ψυχῶν, ἔτελος κἀ-  
 κείνων ἢ ἀπαίτης, ἢ δόποκαφαλίζεις,  
 ἢ ἄξορῆεις, καὶ ἀλλοδαπῇ αὐτὸν  
 ποιεῖς τῆς τέκνων καὶ πάντων τῆς συ-  
 γνηῶν καὶ φίλων αὐτοῦ. τὸ δὲ χερ-  
 ρεῖς οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὅταν ἀμόρφῃ τις,  
 καὶ ἄξομολογησῆται, αὐτὸν τῆς ἀγρόνης  
 καὶ τῆς δόποκαφαλισμοῦ, περὶ πεί-  
 σιν εἰς τὸ πρᾶξιλον αὐτοῦ τὸ διαβή-  
 λιον καὶ τὸ σαυρόν, καὶ φυλακί-  
 ζοισιν αὐτὸν εἰς τὰ κρημνιστῆρα, ἔ-  
 εἰς τὰ διακόνια τῆς ἐκκλησίας ἄξορῆ-  
 ζοισιν αὐτὸν, καὶ εἰς τὰ κατηχούμνη,  
 καὶ νηστεῖαν εἰς τὰ ἐντερεα, καὶ εἰς τὸν  
 ὀφθαλμοῦ ἀρενπνίδω, καὶ δόξολο-  
 γίδω ἐν τῷ σῶματι αὐτοῦ ἐμποιοῦσι. καὶ  
 ὅτε καλῶς παιδεύσωσι, ἔκαλῶς λι-  
 μαζήσῃσιν, παραβάλλοισιν αὐτῶν τὸ  
 ἡμῶν σῶμα τῆς κυρίου, ἔτ' ἀγίῳ  
 αἷμα ποτίζοισιν αὐτὸν· καὶ δόποκαπα-  
 σήσαντες αὐτὸν σκεδῶ ἐκλογῆς καὶ  
 ἀναμόρφτον, οὕτως αὐτὸν προσπέμ-  
 ποισι καθαρόν καὶ ἀμωμον πρὸς κύ-  
 ρεῖ. βλέπετε, βασιλεῦ, τὰς δια-  
 φορὰς τῆς ἐκκλησιῶν καὶ τῆς βασι-  
 λεῶν; τὸ βασιλεῖς τὸ ὡσεὶ εἰς ἐν

deformefque reddidisti. Nam quemadmodum pontifex in-  
 trospiciendi in palatium pote-  
 statem non habet, ac dignitates  
 regias deferendi; sic neque im-  
 perator in ecclesias introspicien-  
 di, & electiones in clero pera-  
 gendi, neque consecrandi, vel  
 symbola sanctorum sacramen-  
 torum administrandi, sed ne-  
 que participandi absque opera  
 sacerdotis. Sed vnusquisque no-  
 strum in qua uocatione vocatus  
 est a Deo, in ea maneat. Vides  
 imperator, pontificum & im-  
 peratorum discrimen? Si quis-  
 piam te offenderit, domum eius  
 publicas & spolias, solam illi vi-  
 tam relinquens, tandemque il-  
 lum etiam vel suspendio necas,  
 vel capite truncas, vel relegas,  
 cumque longe a liberis & ab  
 omnibus cognatis & amicis suis  
 amandas. Pontifices non ita;  
 sed vbi peccarit quis, & confes-  
 sus fuerit, suspendii vel ampu-  
 tationis capitis loco euange-  
 lium & crucem eius ceruicibus  
 circumponunt, cumque tam-  
 quam in carcerem in secreta-  
 ria, sacrorumque vasorum æ-  
 raria coniiciunt, in ecclesiæ dia-  
 conia & in catechumena ablegant,  
 ac visceribus eius ieiunium,  
 oculisque vigiliis, & lau-  
 dationem ori eius indicunt.  
 Cumque probe castigarint, probe-  
 que fame afflixerint, tum  
 preciosum illi Domini corpus  
 impartunt, & sancto illum san-  
 guine potant: & cum illum vas  
 electionis restituerint, ac im-  
 munem peccati, sic ad Domi-  
 num purum in fontemque trans-  
 mittunt. Vides imperator eccle-  
 siarum imperiorumque discrimen?  
 Imperatores qui pie & in

1. Cor. 7.



Christo vixerunt, ecclesiarum pontificibus obedire minime recusarunt, nec eos vexarunt: tu vero, imperator, cum transfessus fueris, ac peruersus euaseris, & manu propria subscripseris, teipsum subiiciens, & confessus fueris, eum qui terminos patrum tollit, execrabilem esse; in hoc proprio iudicio condemnatus es, ac Spiritum sanctum a te alienasti. Persequeris nos, ac tyrannice vexas militari carnalique manu. Nos inermes ac nudi, qui terrenos & carnales exercitus non habemus, inuocamus principem exercitus omnis creaturæ sedentem in cælis, Christum, qui est super omnes exercitus supernarum virtutum, vt immittat tibi dæmonem, sicut ait Apostolus: *Tradere huiusmodi satane in interitum carnis, vt spiritus saluus sit.* Vides imperator quo impudentiæ atque inhumanitatis teipsum prouexeris? animam tuam in barathra & prærupta loca præcipitem egisti, quod humiliari nolueris, duramque ceruicem tuam submittere. Nam vbi præclara commonitione adhibita & doctrina pontifices Deo exhibuerint imperatores irreprehensibiles & mundos a peccatis ac delictis, magnam apud eum laudem & gloriam obtinent in sanctam resurrectionem magnam, quo tempore res nostras occultas, opera nostra in lucem prolaturus est in confusionem nostram coram angelis suis. Tum vero futurum est, vt nos humiles erubescamus, quod te propter inobedientiam tuam lucrati non fuerimus; cum illi qui ante nos fuerunt pontifices, eos qui suis temporibus imperarunt,

Χειρῶν ζήσαντες, τῶν δεξιερῶν τῆς ἐκκλησιῶν οὐτε παρήκουσαν, οὐτε ἐθλίψαν. σὺ βασιλεὺς παραβάς, καὶ διασείρας, καὶ ἰδιοχείρως γραφάς, καὶ ὑποβαλὼν αὐτῶν, καὶ ὁμολογήσας ὅτι ὁ καταλύων ὅελα πατέρον ἑπικατέρατο· ἔνθα αὐτοκατακρίτως γέγονας, ἔρ πνῦμα ἁγίον ἀπεχώρισας ἀπὸ σοῦ, πημωρεῖς καὶ τυραννείς ἡμᾶς σρακιτικῆ καὶ σαρκικῆ χειρὶ. ἡμεῖς ἀσπλοὶ καὶ γυμνοὶ, μὴ ἔχοντες σρατόπεδα ἑπικρα σαρκικῆ, ἑπικαλούμεθα τῶν δεξιερῶν πᾶσης κτίσεως, τῶν ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπιγῶν Χειρῶν, τῶν ἐπάνω τῶν σραπῶν τῆς αἰῶν διωάμεων, ἵνα πέμψῃ σοὶ δαίμονα, καὶ δὴς λέξῃ ὁ ἀπόστολος· Ὁραδοῦμαι τῶν ποιοτῶν τῶν σατανᾶ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνῦμα σωθῆ. βλέπεις βασιλεὺς, εἰς ποῖον ἀναίδεον καὶ ἀπανθεσπῆαν ἐδήλασας σεαυτὸν; τίω ψυχῆ σου εἰς βάραθρα καὶ κρημνοὺς ὑπέβαλεις, διὰ τὸ μὴ θέλειν σε ταπεινωθῆναι, καὶ ὑποκλῖναι τῶν σκληρόν σου τρεχῆλον. ὅταν γὰρ ἑ δεξιερῶν τῶν βασιλεῖς διὰ νοουθεσίας καλῆς καὶ διδασκαλίας τῶν θεῶν παραστήσωσιν ἀμέμπτους καὶ καθαρὸς τῆς ἀμφοτεμάτων καὶ πημασιμάτων, μέραν ἑπιπαινῶν ἔδιδαν ἔχουσι παρ' αὐτῶν εἰς τίω ἀγίω μεγαλίω ἀνάσασιν, ὅταν μέλλῃ ὁ θεὸς τὴν κρυπτὰ ἡμῶν ἔργα φανεροῦσαι εἰς αἰχμῶν ἡμῶν ἐνώπιον τῆς ἀγγέλων αὐτῶν. ἡμεῖς τὴν ταπεινοὶ μέλλομεν αἰχμῶν εἶναι, ὅτι διὰ τῆς παρακοῆς σου ἐκ ἐπερδυνάμην σε· ὅτι τὸ πρὸς ἡμῶν δεξιερῶν οἱ καὶ τῶν ἰδῶν καιροὺς τῶν βασιλεύσαντας

πρωσφεί-

1. Cor. 5.



ANNO  
 CHRISTI  
 787.

Προσφέροισι τῶ θεῷ εἰς ἀζωὴν τῆς  
 ταπεινῶν, ὅπ' εἰ προσφέρομεν ὅτι τῆς  
 ἡμετέρας καὶ βασιλεία ἐνπιμον  
 ἐ ἐνδοξόν, ἀλλ' ἀπιμον ἐ παραχρη-  
 ξιμον. ἰδοὺ ἐ νῦν παρακαλοῦμεν σε,  
 μετανοήσον καὶ δόξασσον, ἐ εἰσελθε  
 εἰς τὴν ἀλήθειαν, καὶ καθὼς ἕρως καὶ  
 ἀρεῖ λαβες, φύλαξον· καὶ ἡμῶν καὶ  
 διδάσσον τῶν ἀγίων ἐ ἐνδοξοῖς πατέ-  
 ρας ἡμῶν καὶ διδασκάλους, οἱ πνες μὲν  
 θεὸν τὰς τυφλώσεως τῆς καρδιῶν καὶ τῆς  
 ὀφθαλμῶν ἡμῶν διώκοιζαν, καὶ ἀνέ-  
 βλεψαν. ἐ ἔγραψας δὲ, ὅπ' διὰ πείεις τὰς  
 ἐξ σινώδοις οὐδὲν ἐρρέθη πρὸς τῆς εἰ-  
 κόνων; ἀληθῶς, βασιλεῦ, οὔτε πρὸς  
 ἀρτου καὶ ὕδατος οὐδὲν ἐρρέθη, φα-  
 γῆν ἢ μὴ φαγῆν, πῆν ἢ μὴ πῆν· ὅπ  
 τῶντα ἐχῆς ἀνῶθεν καὶ ὅξ δὲ χεῖς πα-  
 ραδεδωμένα εἰς ζωὴν τῆς αἰθερότων·  
 οὔτω ἐ αἱ εἰκόνες παραδεδωμένα ἦ-  
 σαν, καὶ αὐτοὶ εἰς τὰς σινώδοις ἐ δὲ  
 χερεῖς ἐπέφεροντο τὰς εἰκόνας· ἐ οὐ-  
 δεὶς φιλόχριστος ἐ φιλόθεος ὀδοιπο-  
 ρῶν, χεῖς εἰκόνων τὰς πορείας ἐποιῶν-  
 τος, ὡς ἐναρέτοι ἐ καλοὶ τῶ θεῷ. πρὸς  
 καλοῦμεν σε, χροὸ δὲ χερεῖς ἐ βα-  
 σιλεῦ, καθὼς πρὸς ἔγραψας. ἐδὲ τῶπο  
 ἐρυθριάς ὡς βασιλεῦς αἰπολογῆσαι  
 ἑαυτὸν, γράψον εἰς πᾶσας τὰς χώρας,  
 αἱ ἐσκαι δάλις, ὅπ' Γρηγόριος ὁ πά-  
 πης Ρώμης ἐσφαλλε πρὸς τῆς εἰκόνων,  
 ἐ Γερμανὸς ὁ πατελαρχῆς Κωνσαν-  
 τινουπόλεως· καὶ ἡμεῖς διὰ δὲ χροῦμεθα  
 τὸ σφάλμα τῆς ἀμφοῖας, ὡς λαβόν-  
 τες πρὸς κρεῖς τῶ ὄξοισαν καὶ αὐθεν-  
 τῆαν λῦειν καὶ δεσμεῖν τὰ ὀπῆχα ἐ τὰ  
 ἐπουρδῶν· καὶ σε ἀμέριμον ποιήσομεν

Deo obtulerint : quod nobis  
 humilibus pudorem incutiet,  
 qui temporum nostrorum im-  
 peratorem nō offeramus glorio-  
 sum & celebrē, sed ignominio-  
 sum & adulterinum. Ecce nunc  
 quoque te hortamur, pœnitentiam  
 age, & conuertere, atque  
 ad veritatem ingredi : sicut  
 inuenisti & accepisti, custodi.  
 Honore affice & glorifica san-  
 ctos & gloriosos patres nostros  
 ac doctores, qui cœcitatē a  
 cordibus oculisque nostris se-  
 cundum Deum dispulerunt, iif-  
 que visum restituerunt. At e-  
 nim scripsisti : Qui fit vt in sex  
 Conciliis de imaginibus nihil  
 sit dictum? Enimvero, impera-  
 tor, ne de pane quidem & aqua  
 dictum est quidquam, sitne co-  
 medendum, an non comeden-  
 dum; bibendum, an non bi-  
 bendum; quandoquidem hæc  
 antiquitas & a principio ad vi-  
 tæ humanæ conseruationem ha-  
 bes tradita : sic etiam imagines  
 traditæ fuerant, ipsique ponti-  
 fices imagines ad Concilia de-  
 ferebant; nec vllus ex Christi  
 amantibus ac religiosis homini-  
 bus iter peragens, absque ima-  
 ginibus peregrinationes obi-  
 bat, vtpote qui virtute præditi  
 atque apud Deum probi essent.  
 Hortamur te, vt sis pontifex &  
 imperator, prout ante scripsisti.  
 Quod si te pudeat, hoc tibi ipsi  
 tamquam imperatori tribuere :  
 ad regiones omnes, quibus scan-  
 dalo fuisti, scribe, Gregorium  
 papam Romanum circa imagi-  
 nes errare, itemque Germanum  
 Constantinopolitanum

patriarcham; & nos culpam peccati recipimus, vtpote qui potesta-  
 tem a Domino acceperimus & auctoritatem terrena cœlestiaque  
 soluendi ac ligandi; teque ab hac cura quietum præstabimus:





neque voluisti, neque vis: nos, vt rationem Christo Domino reddituri, monita atque documenta tibi adhibuimus, prout a Domino edocti sumus: at tu refugisti, atque obedire nobis humilibus recufasti, simulque Germano præfuli, & sanctis atque gloriosis miraculorum effectoribus & doctoribus patribus nostris, & secutus es peruersos prauosque dogmatum magistrōs, qui a veritate aberrant. Habeto partem cum illis. nos, prout ante scripsimus tibi, viam ingredimur Dei benignitate in extremas occidentis regiones versus illos qui sanctum baptismum efflagitant. Cum enim illuc episcopos misissem, & sanctæ ecclesiæ nostræ clericos; nondum adducti sunt, vt capita sua inclinarent & baptizarentur eorum principes, quod exoptent, vt eorum sum susceptor. Hac de causa nos ad viam Dei benignitate accingimus, ne forte damnationis & incuriæ nostræ rationem reddamus. Det tibi Deus prudentiam ac pœnitentiam, vt ad veritatem conuertaris, a qua desciuisti; rursumque restituat humilibus populis in vnum pastorem Christum, & in vnum ouile orthodoxarum ecclesiarum ac præfulum, & pacem Dominus Deus noster præbeat vniuerso terrarum orbi nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

ἐν ἡδέλησας, καὶ οὐ θέλεις· ἡμεῖς, ὡς λόγον δοποδῶσόντες τῷ δεασότη Χελσῶ, τὰς νουθεσίας καὶ διδασκαλίας παρεδμεδαί σοι, κατῶς ἐ ἐδιδάχθημεν ὑπὸ τοῦ κυρίου· καὶ ἀπέφυγες, καὶ ἀρήκουες ἡμῶν τῆν ταπεινῶν, καὶ Γερμανοδ τῶ παρόδρου, ἐ τῆν ἀγίων καὶ ἐνδύων θαυματουργῶν καὶ διδασκαλῶν πατέρον ἡμῶν, ἐ ἡκολούθησας διεστραμμένοις ἐ σαθεῖς, τῆν δογματῶν τῆς ἀληθείας σφαλλομενοις. ἔχε πλεῦ μερίδα μετ' αὐτῶν. ἡμεῖς κατῶς προεγράψαμεν σοι, ἐπέσημεν χεῖρην θεοδ πλεῦ ὁδῶν ἐπὶ πλεῦ ἐσωτῆρου χαῖρου τῆς δύσεως τοῖς τῶ ἀγῶν βαπτισμα ἐπιλητοδοι. καὶ γὰρ δοποτείλαντος μου ἐκείσε ἐπισκόποις, ἐ τῆς ἀγίας ἡμῶν ἐκκλησίας κληρικοῖς, οὐπω καπεδέξαμετο ἐπικλῖναι τὰς κεφαλὰς ἐ φωποδιῶαι. Ἐ δερχοῖ αὐτῶν, ἐμε ἐπιλητουῦτες γρηέσαι αὐτῶν ἀπάδραον. ἐπὶ τούτω ἐπέσημεν θεοδ χεῖρην πλεῦ ὁδῶν, ἵνα μὴ τῆς κατὰ κρίσεως καὶ τῆς ἀμελείας ἡμῶν λόγον ἀποδοῦμεν. ὁ θεὸς δῶν σοι σωῦσιν καὶ μετανοοῖαι εἰς ἐπιστροφῶν τῆ ἀληθείας, ὅθεν ἐξέφυγες, ἐ δοποκατασῆσοι πάλιν τοῖς ταπεινοῖς λαοῖς εἰς ἓνα ποιμῆνα. Ἐ Χελσῶν, καὶ εἰς μίαν ποιμῆνλη τῆν ὀρθοδύων ἐκκλησιῶν ἐ ἱερέων· καὶ πλεῦ εἰρῶνλη ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν παράδοι πάση τῆ οἰκουμένη νῦν καὶ αἰεὶ ἐ εἰς εἶν ἀῶνας τῆν ἀῶνων. ἀμήν.